

ipsis fundato, cuius abbatissa Ansilperga filia ipsorum erat, 'ex propria facultate sua curtem cui vocabulum est Cerro-[picto]'. Apogr. s. XI. bibl. Quirin. Brix. — Muratori, Ant. V, 497; Astezati, Ad Manelmum, de obs. Brixiae p. 43; Troya 727; Hist. patr. mon. XIII, 18. **296**

Mart. 31. Luca. Guduin et Adulfu fratres, 'avitatori in vicho Campulo', vendunt Gundualdo presbytero casam suam cum rebus appertinentibus pretio sol. 10. 'Regn. Desiderio a. regni III, . . ind. XII'. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Muratori, Ant. II, 1023; Barsocchini V, 2, 37 no. 59; Troya 734. **297**

Apr. Spoleti Gisulfus dux constituitur.

Jun. Luca. Agare clericus vendit Iohanni clerico petiolam terrae in civitate Lucensi sitam pretio sol. 1. Ex apogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 37 no. 60; Troya 735. **298**

Mart. — Aug. Luca. Rachipert de Interaccule donat ecclesiae S. (Michaelis arch)angeli prope muros civitatis Lucensis sitae omnes res suas, usufructu Auderadae matri suae reservato. 'Regn. Desiderio a. regni III, . . ind. XII'. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 91 no. 51; Barsocchini V, 2, 38 no. 61 quaedam emendat; Troya 733. **299**

Aug. 6—20. — Adelchis a patre Desiderio in regni consortium assumitur. Cf. Oelsner p. 440.

33. ADELCHIS. 759—774.

Sept. 17. Ticino. Ypolitus episcopus Laudensis vendit, postulante Radoara monacha hoc a Desiderio rege, Guideri rectori monasterii S. Mariae Brixiani 'medietatem de curte in loco qui dicitur Alfiano', quam Gisulfus strator ecclesiae Laudensi, usufructu Radoarae uxori reservato, donaverat, et pretium acceptum sol. 3850 pauperibus distribuit. 'Temp. d. n. Desiderii et Adilchis . . a. regni eorum III. et I, . . ind. XIII'. Ex apogr. vetust. ed. Astezati l. l. p. 43; Muratori, Ant. III, 555; Troya 736; ex autogr. Cremon. ed. Odorici in Hist. patr. mon. XIII, 19. **300**

Oct. Civitate Lucensi. Deusdede presbyter, Deusdona clericus, Filipert clericus, fratres, Wilipert, filius Filiperti, clericus, fundant ecclesiam S. Petri in loco Ansulari, reservantes sibi ius 'per comune consilio ipsa Dei ecclesia gubernandi' et ordinationem faciendi. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 38 no. 62; Troya 737. **301**

Oct. Luca. Gumfrid et Baruncio fratres cum Peredeo episcopo (Lucensi) pacto conveniunt, ut casam eius cum rebus appertinentibus in loco Saltucclo sitam, quam pater ipsorum iam habuerat, 'ad resedendo et meliorando' suscipiant,